

Codice Diplomatico Longobardo I, 44

+ Domno sancto et meritis beatissimo apostolorumque meritis quohequando patri nostro Gratzioso episcopo, sedem tenens beati Gaudenti. Ego Radoaldo uir deuotus, filio uester, habitatur in uico Gausingo, horacolo beati Mihahelis uel ipsius altario, qui plantatus est in templo ubi est altario beati sancti Martini, presens presentibus dixit: Benedictus Dominus, qui uult omne hominis saluos fiaeri, et ad agnitionem uiritatis uenire, qui et uos nobis tradedit pastorem ut per uestra predegationem ad hedernam uita pertengere mereamor. Ideoque, domne pater, uestra hocsegro sanctitatem, ut in iam dictum horacolo mihi altario dedicare debeas in numine iam dicti beati Mihaelis; et ego ibit iuxtam mea paruitatem confero terrola ad sex modius seminatura in trebus partibus: duo mudio in una uersuram, duo in alia, duo in tertia; fiaeri simul modio sex; unde in ipso uenerauele loco luminaria fiaerit debeat; ita sane ut ipse uenerauele locus sub uestra tubitionem uel dominationem seo consegrationem in perpetuo esse debeat uestrisque subcessurebus. Quam uiro subplecatione ad me facta relegi, et signo sanctae crucis ruborauit, et uobis uel in scrineo sancte heclecia tradedi conseruandum. Actum in ciuitatem Nouaria, diae tiertio mensis decembris, regni domni Liutprandi regis anno hoctabo decimo, indictione tertio decimo; feliciter. Signum + manus Radoald uiri deuoti, qui hanc cartolam fiaeri rogauit et ei relecta est. Signum + manus Rotperti ciuis Nouariaensis testis. Signum + manus Liutpert uiri deuoti testis. Signum + manus Lupecinon uiri deuoti de ipso uico testis. Ego Lautchis notarius scripsit cartolam rogatos ad Radoald, pos tradita cumpliuit et dedit.